

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Misericordia o  
cum fonte primo

Misericordia affectio est  
que nec uoluntate coerchetur,  
nec rationi subicitur,

sed ipsas pias mentes ad compassionem  
dolentium necessario cogit affectu,  
ita ut eciam si peccatum esset misereri,  
et si multum uellem,  
non possem tamen non misereri.

Est timor plus humilis fructuosus  
qui cuilibet quantumlibet peccatori  
facile misericordiam promeretur.  
Talis timor generat, nutrit et seruat  
humilitatem, mansuetudinem,  
pacienciam et longanimitatem.

Ieronymus in epistola.

Misericordia quippe affectio est,  
quae nec uoluntate coerchetur,  
nec rationi subicitur,  
quando non eam quisque  
in se pertrahit uoluntario motu,  
sed ipsa pias mentes ad compassionem  
dolentium necessario cogit affectu,  
ita ut etiam si peccatum esset misereri,  
etsi multum uellem,  
non possem non misereri.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 70  
(SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M.  
Rochais eds., p.172, ll.9-13).

Est et timor pius, humilis, fructuosus,  
qui cuilibet, quantumlibet peccatori,  
facile misericordiam promeretur.  
Talis timor generat, nutrit et seruat  
humilitatem, sed mansuetudinem, sed  
patientiam, sed longanimitatem.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 87,  
4 (SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot,  
H.M. Rochais eds., pp.227, ll.2-5).